

DECISIONVM

ROTÆ SPIREN-
SIS PER SACROSAN-
CTVM ROMAN. IMPERIVM A CUN-
CTIS STATIBVS ET ORDINIBVS NATIONIS

Germanicæ olim vnanimi Consensu receptæ, approbatæ ac semper augu-
stæ: Siue RERVM IUDICATARVM à DD. Assessores
& IC. Camera Imper. clariss. quondam obseruatarum,
atq; quam plurimis abhinc annis, diuersis tamen
temporibus per quendam dictæ Ca-
meræ Assessorem celeberr.
collectarum.

LIBRI QVATVOR.

*IN QVIBVS DIVERSI CASVS VARIARVM MATE-
riarum ex Iure mirifice discussi atque decisi tractantur.*

OPVS TAM IUDICIBVS IPSIS, QVAM CAVSARVM
Aduocatis, alijsq; omnibus in foro practicantibus maxime uti-
le, & nunc primum characterum diuersitate distin-
ctis allegationibus in lucem editum.

Per

D. CASPARVM GVILIELMVM SCI-
pionem G.

Accessit demum INDEX Rerum & Verborum copiosissimus.



Vrsellis, Typis & Sumptibus Cornelij Sutorij.

Anno M. DCIII,



CASPARVS GVILIELMVS

SCIPIO OPTIMO Dn.

CORNELIO SVTORIO, ALIAS

Klumpen Berckarheno Agrippini.

Typographo Vrsellano S.

Nihil ita est, quod tibi denegare vel
possim vel debeam, & verò utili-
tas publica mihi tam cordi est, ut e-
ius causa etiam priuatim meorum
iacturam facere velim. Mitto igitur
ad te quaedam D. Assessoris cuiusdam quòdam
in Camera Imperiali celeberrimi, quoad à me ex-
politam habeas totum. Vir fuit in omni doctrina-
rum genere; in primis verò in jure eruditionis ab-
solutissima, cuius opera manuscripta apud suos ex-
stant non pauca, qua tamen omnia in hunc usque
diem desiderantur. Quam ob causam jam dudum
mihi animus fuit omnia illa, & qua mihi ex priua-
tis eius Chartis habere licuit, in unum fasciculum
compingere; quod factum esset, nisi me mihi mea ne-



I
DECISIONVM DO-
CTISSIMARVM A QVIBVSDAM
ASSESSORIBVS QVONDAM IN CAME-
ra Imperiali ordinarijs ac I.C. Clarissi-
mis obseruatarum,

LIBER PRIMVS.

DECISIO I

PRINCIPES Imperij sunt exempti ab exercitio iuris-
dictionis Camerae in omnibus causis generaliter, quae
requirunt causae cognitionem; demptis casibus exce-
ptis in Ordinatione; in quibus Camerae reseruatam est
Iurisdictionis exercitium in Principes, & etiam in alios.

Primus est fractae pacis & restitutionis ex officio & incidenter simul
petitae.

2. Est purgationis super fracta pace, prout in *Ordinatione* fol. 23. 42. in
antiquis; in nouis fol. 29. 38. 106. & 119.

3. Est, quando Principes Ordinationis articulo non parent in tempo-
re. Tum enim deuoluitur exercitium iurisdictionis in ipsos ad Camerae;
ad arbitrium tamen Actoris, qui potest petere, vt Dux compellatur ad
parendum iuri iuxta Ordinationem, vel mox Citationem impetrare.

4. Est turbatae possessionis, prout fol. 84. & 115.

5. Est, quando agitur contra principem seu alium quemcumque super pec-
nis privilegiorum pro toto vel parte Fisco applicandis. Nam Imperator
cognoscit super rebus ad fiscum pertinentibus, l. *proxima*. ff. de his quae in
Testamento del. Sed Camera successit Imperatori in contentiosa iurisdic-
tione, & est eius loco, prout in *Ordinatione* Anno 1521.

Camera, vt Ordinarius, exequitur Sententias latis per Consiliarios